



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90566467**

§.XI. Der Frantzosen Project des Articuli in der Pfälztischen Sache: Wird an die Schweden communiciret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647.  
April

allein bey der jetzigen Inhabung, ohne ferner molestiren gelassen, sondern auch in allen andern, sowohl Geist: als Weltlichen, in dem Stande restituiret gesetzt und ruhig gelassen werden sollen und mögen, wie sie dessen vor diesen Motibus in der Minderjährigkeit, und also unverschuldeter Dinge in Anno 1620. destituiret und entsetzet worden, und über 25. Jahr lang also entrathen müssen.

1647.  
April

Hierum so ist und gelanget an Ihre Fürstliche und Gräflische Gnaden Gnaden, auch Gnaden Gnaden und meine Hochgeehrte Herren, hiemit mein unterthänig gehorsam und dienstliches Bitten, die geruchen gnädigen und großgünstigen sothane Bewandniß beyder Clöster hochvermünfftig und reiflich zu erwegen, und dieselbe in dem Reichs-Bedencken (als gegen welches ohne das beyde Ihre Hochfürstliche Durchlaucht Durchlaucht vor sich und Dero Pfalz-Agnaten, alle competirende Jura referviret und vorbehalten haben wollen) wiederum von denenselben aus- und abzu thun, und also dießfalls beyden Fürstlichen Häusern kein Praejudiz zuziehen zu lassen. Wie nun solches an sich selbst zumahl billig, und der Kayserlichen Majestät ic. allergnädigsten Intention ganz gemäß; also will man dieses Orts, auf sothanen erstatterten wahrhafften Bericht, daran keinen Zweifel tragen ic.

Ev. Fürstlichen und Gräflischen Gnaden, auch  
Gnaden Gnaden, und meiner Hochgeehrten Herren,

unterthänigst- dienst- und bereitwilliger

Johann Geißel, Dr.

Fürstlich-Pfälzischer Bevollmächtigter.

§. XI.

Die Franzosen verfaßten einen Articul über die Pfälzische Sache.

Hierauf ruhete diese Pfälzische Sache bis zu Ende des Monats Julii, da die Franzosen zu Münster nachstehenden Auffas, wie selbige Sache endlich zu terminiren seyn möchte, an die Schwedische Gesandten nach Osnabrück, durch den Secretaire de la Court, welcher nach-

gehends als Königlich-Französischer Gesandter auf den Friedens-Executions-Convent nach Nürnberg abgeschicket wurde, communicirten, und dessen Vollziehung verlangten. Solcher Auffas war also abgefasset, wie ab N. I. zu sehen:

Communiciren solchen den Schweden zur Mitvollziehung.

N. I.

Der Franzosen Project, wie der Articul die Pfälzische Restitutions-Sache betreffend, zu fassen sey.

Ante omnia vero Causam Palatinam Conventus Monasteriensis & Osnabrugensis eo deduxit, ut ea de re jam diu mota lis diremta sit modo sequenti.

Et quidem primo, quod atinet Domum Bavaricam, Dignitas Electo-  
Bierdter Theil. § ff ra.



1647. ralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis, 1647.  
 Julius, Officiis, Præcedentiis, Insigniis, & Juribus quibuscunque ad hanc Di-  
 gnitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, ut & Palatinatus Superior  
 totus, unâ cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, Re-  
 galiis ac Juribus, sicut hætenus ita & imposterum maneat penes Dominum  
*Maximilianum*, Comitem Palatinum Rheni, Bavarix Ducem ejusque liberos,  
 totamque Lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi superstites fuerint.

Vicissim Dominus Elector Bavarix pro se, hæredibus & successori-  
 bus suis, totaliter renunciat debito 13. Millionum, omnique prætensionis  
 in Austriam Superiorem, & statim à publicata Pace omnia Instrumenta de-  
 super obtenta Cæsareæ Majestati ad cassandum & annullandum extradat.

Quod ad Domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio publicæ  
 tranquillitatis causa consentit, ut vigore præsentis Conventionis institutus  
 sit Electoratus Octavus, quo Dominus *Carolus Ludovicus*, Comes Palatinus  
 Rheni ejusque hæredes & agnati totius Lineæ Rudolphinæ, juxta ordinem  
 succedendi in Aurea Bulla expressum deinceps fruuntur; nihil tamen Ju-  
 ris præter simultaneam Investituram ipsi Domino Carolo Ludovico, aut ejus  
 successoribus, ad ea, quæ cum Dignitate Electorali Domino Electori Ba-  
 varix, totique Lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competat.

Deinde, ut Inferior Palatinatus totus cum omnibus & singulis Eccle-  
 siasticis & Secularibus bonis, juribusque & appertinentiis, quibus ante  
 motus Bohemicos, Electores Principesque Palatini gavisi sunt, omnibus-  
 que Documentis, Regestis, Rationariis & cæteris Actis huc spectantibus,  
 Eidem plene restituantur, cassatis iis, quæ in contrarium acta sunt, idque  
 auctoritate Cæsareæ effectum iri, ut neque Rex Catholicus, neque ullus  
 alius, qui exinde aliquid tenet, se huic restitutioni ullo modo opponat.

Cum autem certæ quædam Præfecturæ Stratae Montanæ antiquitus ad  
 Electorem Moguntinensem pertinentes, Anno demum 1463. pro certa pecu-  
 niæ summa, Palatinis cum Pacto perpetuæ reuisionis impignoratae fuerint,  
 ideo conventum est, ut hæ Præfecturæ penes modernum Dominum Ele-  
 ctorem Moguntinensem, ejusque in Archi-Episcopatu Moguntinensi  
 Successores permaneant, dummodo pretium pignorationis sponte oblatum,  
 intra terminum executioni conclusæ Pacis præfixum parata pecunia exsol-  
 vat, cæterisque, ad quæ juxta tenorem literarum oppignorationis tenetur,  
 satisfaciat: Electori quoque Trevirensi tanquam Episcopo Spirensi jura,  
 quæ prætendit in bona quædam Ecclesiastica intra Palatinatus Inferioris ter-  
 ritorium sita, coram competenti Judice prosequi liberum esto, nisi de his  
 inter utrumque Principem amice conveniatur.

Quod si vero contigerit, Lineam Guilhelmianam masculinam pror-  
 sus deficere superstite Palatina, non modo Palatinatus Superior, sed etiam  
 Dignitas Electoralis, quæ penes Bavarix Duces fuit, ad eosdem superstites  
 Palatinos interim simultanea Investitura gavifuros redeat, Octavo tunc E-  
 lectoratu prorsus expungendo; ita tamen Palatinatus Superior hoc casu  
 ad Palatinos superstites redeat, ut hæredibus allodialibus Electoris Bava-  
 rix actiones & beneficia, quæ ipsis ibidem de jure competunt, reservata  
 maneant.

Pacta quoque Gentilitia inter Domum Electoralem Heidelbergensem  
 & Neoburgicam à prioribus Imperatoribus super Electorali successione  
 confirmata, ut & totius Lineæ Rudolphinæ jura, quatenus huic dispositio-  
 ni contraria non sunt, salva rataque maneant. Ad hæc si quod Feuda Julia-  
 censis



1647. *Julius.* censa aperta sunt, ea Palatinis evacuentur; nisi à Palatino Neoburgico allegata Conventio Hallæ Suevorum Anno 1620, inita obstare probetur.

1647. *Julius.*

Præterea, ut dictus Dominus *Carolus Ludovicus*, aliquatenus liberetur onere prospiciendi fratribus de Appennagio, Cæsarea Majestas ordinabit, ut dictis suis fratribus quadringenta Imperialium Thalerorum millia, intra quadriennium ab initio anni venturi 1648. numerandum, expendantur, singulisque annis centena millia solvantur, unâ cum annuo censu quinque de centum computatis.

Deinde tota Domus Palatina cum omnibus & singulis, qui ei quocunque modo addicti sunt aut fuerunt, præcipue vero Ministri, qui Ei in hoc Conventu, aut alias operam suam navârunt, ut & omnes Palatinatus exules, fruantur Amnestia Generali supra descripta, pari cum cæteris in ea comprehensis jure, & hac Transactione singulariter in puncto Gravaminum plenissime.

Vicissim Dominus *Carolus Ludovicus*, cum fratribus Cæsareæ Majestati obedientiam & fidelitatem, sicut cæteri Electores Principesque Imperii præstet, ac insuper Palatinatu Superiori per se & hæredibus suis, tum ipse tum ejus fratres, donec ex Linea Guilhelmiana hæredes legitimi & masculi superfuerint, renuncient.

Cum autem de ejusdem Principis Viduæ Matri Sororibusque præstando victualitio & dote constituenda mentio injiceretur, pro benevolo Sacræ Cæsareæ Majestatis in Domum Palatinam affectu, promissum est, dictæ Domine Viduæ Matri pro prætenso victualitio, semel pro semper viginti Thalerorum Imperialium millia nomine Suxæ Majestatis exolutum iri: de reliquo vero ipsis idem Princeps *Carolus Ludovicus* satisfacere teneatur.

Comites in Leiningen Daxburg sæpedictus Dominus *Carolus Ludovicus* ejusque Successores in Palatinatu Inferiori nulla in re turbet, sed jure suo à multis retrò Seculis obrento & à Cæsaribus confirmato, quiete ac pacifice uti frui permittat.

Liberam Imperii Nobilitatem per Franconiam, Sueviam & tractum Rheni cum districtibus appertinentibus in suo Statu Immediato relinquat.

Feuda etiam ab Imperatore in Baronem Gerhardum de Waldenburg, dictum Schenckhem, Nicolaum Georgium Reigersberg & Henricum Brömfer, Baronem de Rudesheim, item ab Electore Bavariæ in Baronem Johannem Adolphum Wolff dictum Metternich collata, rata maneant. Teneantur tamen ejusmodi Vasalli Domino *Carolo Ludovico*, velut Domino Directo ejusque successoribus juramentum fidelitatis præstare, atque ab eodem renovationem Feudorum suorum petere.

Exercitium Catholicæ Religionis iis, qui in Palatinatu Inferiori eidem addicti sunt, liberum maneat, nec ad aliam Religionem amplectendam adigantur.

De mandato Celsissimi Principis Ducis Longovillani & Illustrissimorum Comitum d'Avaux & de Servient subsignaviego Regiæ Christianissimæ Majestatis Consiliarius Ejusdemque Legationis ad Tractatus Pacis Universalis Secretarius. Monasterii Westphalorum die 21. Augusti Anno 1647.

JOSEPHUS BOULENGER.

Vierdter Theil,

§ ff 2

§. XII,